



Σὺν Θεῷ.

THEOLOGIÆ CASUALIS.

CAPUT I.

DE CONSCIENTIA.

THESIS I.



um in vita humana non tantum inter Gentes, Mahumedanos, Judæos & alios, qui extra Ecclesiam, sed & Christianos occurrant quamplurima, quæ difficultatem habent, conscientiam intricant, & piam quandoque etiam Mentem remorantur; ideoque incumbit maximè Theologo expendere, quid conscientiaè conducat vel advesetur, quomodo perplexa evolvatur & serenetur, atque propositæ quæstiones dubiæ revocatæ ad Lydium Lapidem Scripturæ divinæ decidantur, ut, qui antea hæsit, nec scivit, quò se verteret, fluctibus tentationum hinc inde jactatus, perspiciat nobile verum, mediis tranquillus in undis.

II.

Solent autem istiusmodi Difficultates, quæ mentem quandoque angunt, vocari aliàs communiter *Casus Conscientia*, quia sc. Conscientiam tangunt, quæ quid agendum aut omittendum scire avert, nè impingat, Consilium expetit, ne lædatur, Lucem desiderat, nè in laqueos se induat, aut ruat in horrida tesqua ferarum.

III.

Ambiguum est vocabulum *Casus*, quod *Grammatici* derivant à *cadendo*, & primâ communique significatione notat, secundum quosdam, *lapsum sive ruinam*, quo sensu *Curtius* dixit: *inopinato*

P. I. Th. C.

A

nato